

ANNO hujusmodi, quorum, tamquam liberæ collatio-
 nis existentium, collatio facienda erit a Nobis, seu
 Romano Pontifice pro tempore existente, vel ab
 Archiepiscopo Utinensi pro tempore existente, ad
 formam Regularum ejusdem Cancellariæ Apostoli-
 cæ. Et quoad duodecim Mansionariatus, ac octo
 Cappellanis, ut præfertur, erectos & erectas hujus-
 modi, utpote de sui natura ad nutum amovibiles
 prædictis libere Mansionariis & Cappellanis, quo
 eligendi Capitulo & Canonicis dictæ Ecclesiæ Jus
 prius potiebantur Capitulum & Canonicis præfatæ Pa-
 triarchalis Ecclesiæ Aquilejensis per Nos, ut præfertur,
 suppressæ & extinctæ, necnon ejusdem Collegiæ
 Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archie-
 piscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præfertur, ere-
 ctæ juxta antiquam consuetudinem; quodque cura
 animarum dilectorum Filiorum Parochianorum ejus-
 dem Ecclesiæ Utinensis penes Capitulum & Canoni-
 cos præfatæ Ecclesiæ Utinensis remaneat, exercenda
 tamen per unum & alterum Vicarios ab eisdem Capitu-
 lo & Canonicis nominandos, & ad eorum nutum
 amovibiles, similiter reservamus, concedimus, ac res-
 pective declaramus.

§. 15. Denique, quod prædictus Daniel Cardina-
 lis & Patriarcha, necnon pro tempore existens Ar-
 chepiscopus Utinensis, de Concilio Capituli & Ca-
 nonicorum prædictæ Ecclesiæ Utinensis, distinguere,
 seu declarare debeat Præbendas Canonicales hujusmodi
 Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, necnon
 ad præscriptum Concilii Tridentini prædicti, etiam
 Theologales, & Pœnitentiarias Præbendas ejusdem
 Ecclesiæ Utinensis, ut præfertur, erectæ, prævio
 concursu conferendas. Quodque cum justum non sit,
 quod remaneant totaliter expoliari nonnulli ex anti-
 quis Canonicis, Mansionariis, & Cappellanis tam
 præfatæ Patriarchalis Ecclesiæ Aquilejensis per Nos,
 ut præfertur, suppressæ & extinctæ, quam ejusdem
 Collegiæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris, nuncupatæ
 in Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præ-
 fertur, erectæ, quibus locus esse non potest, at-
 tento determinato numero Præbendarum in prædicta
 Archiepiscopali Ecclesia; onus esse debeat ejusdem Ec-
 clesiæ Utinensis Capituli & Canonicorum, didis Pres-
 byteris Congruam præbere, vita eorum naturali du-
 rante, vel donec ipsi aliter provideantur, qua sese
 sustentare valeant, & quatenus aliqua emergeret dif-
 ficultas super assignatione præfatæ Congruæ per Ca-
 pitulum & Canonicos prædictos, ut præfertur, præ-
 standæ, quod idem Daniel Cardinalis & Patriarcha il-
 lam pro suo arbitrio prudenter componere, & con-
 cordare; prout etiam decernere quantitatem distribu-
 tionum a solis interessentibus Choro personaliter lucran-
 darum, valeat; quodque quoad eam Diocesis Aquile-
 jensis partem in Civitate, & Diocesi Veronensi exis-
 stentem, hæc, ut prius, remanere debeat subjecta
 præfato Danieli Cardinali Patriarchæ, vita ejus na-
 turali durante, neque hoc intermedio tempore omi-
 temus omnem opportunam capere providentiam in eo
 quod respiciet futurum tempus; & si dictus Daniel
 Cardinalis & Patriarcha e vivis decederet, quod Deus
 avertat, antequam capta fuisset dicta providentia, exe-
 quenda, ut supra, post obitum præfati Danielis Car-
 dinalis, & Patriarchæ, ne Capitulum Veronense
 ac Monasterium Sanctæ Mariæ in Organo nuncupatæ
 Sancti Benedicti, seu alterius Ordinis, & aliæ Ec-
 clesiæ in Civitate, & Suburbii Veronensibus positæ,
 olim Patriarchatui Aquilejensi per Nos, ut præfer-
 tur, suppressæ & extinctæ subjectæ, ullo unquam
 tempore sint sine capite, & ne via aperiat in con-
 venientibus ex causa præsentium bene notarum Ca-
 pituli & Canonicorum Ecclesiæ Veronensis super ali-
 quibus Ecclesiis, & Monasteriis; ex nunc pro tunc de-
 cernimus, Venerabilem Fratrem Nostrum Episcopum
 Veronensem, uti Apostolicum Delegatum, exercere
 debere super Capitulo & Canonicis Ecclesiæ Veronensis
 prædictæ, & Monasterio præfato, aliisque Ecclesiis
 prædictis omnem eam jurisdictionem, siquam hæc-
 tenus exercuerunt Patriarchæ Aquilejenses, usque dum
 fuerit examinatum a Sancta Sede totum id, quod est
 examinari, ut rectum judicium dari possit super præ-
 sentionibus, ne dum Episcopi, verum etiam Capituli,
 & Canonicorum Ecclesiæ Veronensis prædictorum, si-
 militer declaramus.

ANNO hujusmodi, quorum, tamquam liberæ collatio-
 nis existentium, collatio facienda erit a Nobis, seu
 Romano Pontifice pro tempore existente, vel ab
 Archiepiscopo Utinensi pro tempore existente, ad
 formam Regularum ejusdem Cancellariæ Apostoli-
 cæ. Et quoad duodecim Mansionariatus, ac octo
 Cappellanis, ut præfertur, erectos & erectas hujus-
 modi, utpote de sui natura ad nutum amovibiles
 prædictis libere Mansionariis & Cappellanis, quo
 eligendi Capitulo & Canonicis dictæ Ecclesiæ Jus
 prius potiebantur Capitulum & Canonicis præfatæ Pa-
 triarchalis Ecclesiæ Aquilejensis per Nos, ut præfertur,
 suppressæ & extinctæ, necnon ejusdem Collegiæ
 Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archie-
 piscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præfertur, ere-
 ctæ juxta antiquam consuetudinem; quodque cura
 animarum dilectorum Filiorum Parochianorum ejus-
 dem Ecclesiæ Utinensis penes Capitulum & Canoni-
 cos præfatæ Ecclesiæ Utinensis remaneat, exercenda
 tamen per unum & alterum Vicarios ab eisdem Capitu-
 lo & Canonicis nominandos, & ad eorum nutum
 amovibiles, similiter reservamus, concedimus, ac res-
 pective declaramus.

§. 16. Præsentibus quoque litteras semper & perpe-
 tuo validas & efficaces esse, & fore, suoque plena-
 rios & integros effectus sortiri & obtinere, nec ul-
 lo unquam tempore se subreptionis, vel obreptionis,
 aut nullitatis seu invaliditatis vitio, vel inten-
 tionis Nostræ, aut alio quovis defectu notari, in-
 pugnari, invalidari, in jus, vel controversiam vocari,
 aut adversus illas quodcumque juris, vel facti,
 aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari posse;
 nec illas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gra-
 tiarum revocationibus, suspensionibus, limitationi-
 bus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositio-
 nibus etiam per Nos, & Sedem Apostolicam prædi-
 ctam, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac
 scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam
 consistorialiter pro tempore factis, & faciendis, com-
 prehendi, vel confundi; sed tamquam ad Fidei Ca-
 tholicæ exaltationem, Divinæ cultus incremen-
 tum, & animarum edificationem & solatium, factas
 & emanatas, semper ab illis excipi & quoties
 illæ emanabunt, toties in pristinum & validissimum
 statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas,
 ac de novo, etiam sub quacumque posteriori data,
 per futuros, & pro tempore existentes Archiepisco-
 pum, & Capitulum, & Canonicos Utinensis præ-
 dictos, ac alios, quorum favorem eadem præsentibus
 litteræ quomodolibet concernunt, quodcumque eli-
 genda, concessas, validasque fore & esse, suoque
 planarios & integros effectus sortiri & obtinere; &
 sic ab omnibus censei; & ita per quoscumque Judices
 Ordinatis, vel Delegatos, quavis auctoritate fun-
 gentes, etiam Casarum Palatii Apostolici Auditores, ac
 ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de
 Latere Legatos, Vicelegatos, didicæ Sedis Nuncios,
 & quoslibet alios quavis prerogativa & privilegio fun-
 gentes, ac eorum cuilibet quavis aliter judicandi & inter-
 pretandi facultate, & auctoritate, in quavis causa &
 instantia judicari & definiti debere, & si secus super his
 a quorum &c. irritum & inane motu pari similiter de-
 cernimus.

§. 17. Non obstantibus &c. quibusvis etiam in Syn-
 nodalibus, Provincialibus, Universalibus, & Generali-
 bus Conciliis editis vel edendis, specialibus, vel ge-
 neralibus Constitutionibus, & Ordinationibus Aposto-
 licis necnon Nostris, & Cancellariæ prædictæ Regu-
 lis, de jure quæsto non tollendo, ac de gratiis
 admittit non concedendis, & de exprimendo vero an-
 nuo valore, nec non Lateranensis Concilii novissima
 celebrati, uniones, & applicationes perpetuas, nisi
 in casibus a jure permittis fieri prohibentibus, & que-
 nus opus sit, præfatæ Collegiæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ
 Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam
 Utinensem, ut præfertur, erectæ, etiam juramento
 &c. roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis
 quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, quibusvis
 Superioribus & Personis, sub quibuscumque tenori-
 bus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis
 derogationibus, aliisque efficacioribus, efficacissimis,
 & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis Decretis,
 etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine simili-
 bus, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet
 etiam pluries ac iteratis vicibus concessis, confirmatis,
 approbatis, & innovatis: Quibus omnibus & singulis
 etiam si illorum sufficienti derogatione, alias de il-
 lis, eorumque totis tenoribus, specialibus, specificis,
 expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non
 autem per clausulas generales idem importantes, men-
 tio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua
 alia etiam exquisita & peculiaris forma ad hoc ser-
 vanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad
 verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tra-
 dita observata, inserti forent, præsentibus pro plene
 & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis
 alias in suo robore permanens, ad præmissorum om-
 nium & singulorum validitatis effectum, hac vice dum-
 taxat specialiter & expresse, ac latissime & plenissime,
 harum quoque serie, motu, scientia, & potestatis plen-
 tudine paribus, derogamus, contrariis quibuscumque
 Et post alia.

§. 18. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
 paginam Nostram abolitionis, suppressionis, extin-
 ctionis, erectionis, institutionis, concessionis, dif-
 tin-

PONT. A. XIII. Decreta per præmissorum firmitate.

Dat. 10. Januarii 1753.

Expedita in Cancellaria Apostolica.

X. INDIARUM ORIENTALIUM.

Vicariis Apostolicis Episcopis, non habentibus Episcopum Coadjutorem cum futura Successione, nec Vicarium Generalem, injungitur, ut sibi constituent Vicarium Generalem, cui Amplissimæ facultates in causa obitus Vicarii Apostolici, a Pontifice conceduntur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exsublimi hac Sacrosancti Apostolatus specula in qua per ineffabilem divine bonitatis abundantiam plane immerentes præsumimus, impositam imbecillitati nostræ omnium Ecclesiarum sollicitudinem, & omnium animarum JESU CHRISTI Sanguine redemptarum procuracionem assidue cogitantes, advigilare, ac providere adniimur, ut opportunas Apostolicæ charitatis potestati- que nostræ partes, in Regionibus præfertim, & Provinciis ab Europa tam longe distitis, quoad Nobis integram est, desiderari minime patiamur.

§. 1. Quoniam autem non sine gravissima Pontifici animi nostri molestia accepimus, sæpe accidisse, aliquem scilicet ex Vobis, Venerabiles Fratres, istarum Indiarum Orientalium Apostolicis Vicariis, Episcopali titulo, & Characterè insignitum, sed sine Coadjutore cum futura successione, viam universæ carnis ingressum, ad repositam in Cælis coronam apostolicis laboribus paratam evolasse, ac neminem, qui Ordinariam pro defuncto Vicario Apostolico jurisdictionem exerceret, reperit, aut deputatum fuisse: Hinc est, quod omnibus, & singulis Vicariis Apostolicis hujusmodi injungimus, & mandamus, ut qui neque Episcopum Coadjutorem cum futura successione, neque Vicarium, ex Clero five seculari, five regulari, Generalem habent, statim atque ad unumquemque eorum præsentium nostrarum litterarum certa notitia pervenerint, deputent Vicarium ex Clero five seculari, five regulari.

XI. CHE AI CARDINALI

Vescovi Suburbicarij non sia lecito il conferire oltre la Tonfura anche gli Ordini Minori, o Sacri a' loro Sudditi nella Capella del proprio Palazzo di Roma, senza aver chiesta, ed ottenuta licenza dal Cardinal Vicario di Roma.

Venerabili Fratri Nostrò, Fr. Joanni Antonio Episcopo Tuscolano S. R. E. Cardinali Guadagni nuncupato, Nostrò in Urbe ejusque districtu Vicario Generali.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater Nostrè, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

NELL' ultima udiencia, che le dammo, Ella ci rappresentò, essere stato stampato in Roma nell' anno passato 1752. un piccolo Trattato de' Episcopis Cardinalibus Suburbicariis da un Religioso pio, e versato nelle materie Morali, e Bullar. Rom. Benedi. XIV. Tom. IV.

Qual fosse il motivo di scrivere la presente lettera.

Generalem, habilem tamen, atque idoneum, qui eventiente cujusvis Apostolici Vicarii sine Coadjutore cum futura successione obitu, tanquam Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis Delegatus, teneatur assumere, & obire regimen, & gubernium Apostolici Vicariatus, usque ad captam ejusdem Vicariatus Apostolici hujusmodi possessionem-novo Vicario Apostolico, quem eadem hæc Sancta Sedes constituerit, aut usque ad quacumque aliam ab ipsa Sancta Sede ineundam ordinationem.

§. 2. Porro Vicario Generali hujusmodi per Apostolicum quemque Vicarium sibi, ut præmittitur deputando, Nos eorundem præsentium tenore, nunc prout tunc, Apostolica auctoritate nostra concedimus, & tribuimus omnes, & singulas facultates perpetuis futuris temporibus velittas, quæ Vicariis Capitalibus cujusvis Cathedralis Ecclesiæ, Sede vacante, inesse, & de jure competere dignoscuntur. Præterea eidem Vicario Generali, post tamen Apostolici Vicarii obitum, concedimus, pariterque impertitur usum, & exercitium earum facultatum, quibus utebatur, & gaudebat, dum viveret, defunctus Apostolicus Vicarius Episcopus; iis dumtaxat exceptis, quæ requirunt Ordinem, & Characterem Episcopalem, vel non sine Sacrorum Oleorum usum exercentur. Quodcumque vero necessitas urgeat, sapsedito Vicario Generali potestatem etiam indulgemus & damus, consecrandi Calices, Patenas, & Altaria portatilia, cum Sacris Oleis omnino ab Episcopo benedictis.

§. 3. Itaque, Venerabiles Fratres, ex Apostolicæ providentiæ auctoritatique nostræ ratione, maxime ad procurandam salutem animarum consentanea, a Nobis suscepta, atque unicuique Vestrum præcepta, animadvertite, quanta sit Apostolici muneris unicuique Vestrum injuncta cura: Atque easpropter sagagite, ut per assiduos labores, vigilantiam pastoralem, sollicitudinemque contendantis, ne quispiam Christianissimum Vobis commissorum, & de quibus ratio Supremo Pastorum Principi Eterno Judici reddenda est, pareat; Sed potius, ut omnes æternam salutem consequantur, ut Vobis merces vestris meritis debita a justo Remuneratore Deo tribuatur. Nos interim cœlestis præsidii auspicio Apostolicam Benedictionem, in Populos etiam vestrarum Diocesium & Provinciarum redunduratum, Fratemitibus Vestris peramanter impertimur.

§. 4. Volumus autem, ut eorundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, & a Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei Præpositorum Præfecto, & Secretario pro tempore existentibus subscriptis; & Sigillo ejusdem Congregationis munitis, eadem proflus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Januarii MDCCCLIII. Pontificatus Nostrî Anno Decimo tertio.

Cajetanus Amatius.

CARDINALES. XII.

Episcopos Subordicarios, in propria Cappella sui Palatii Romæ existentis, non posse suis Subditis, præter primam Tonfuram, conferre Majores, vel Minores Ordines, nisi requisiti & præobtentato Cardinalis Urbis Vicarii consensu.

Venerabili Fratri Nostrò, Fr. Joanni Antonio Episcopo Tuscolano S. R. E. Cardinali Guadagni nuncupato, Nostrò in Urbe ejusque districtu Vicario Generali.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater Nostrè, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

AD audientiam Nostram nuper admissa Fratemitas Tua nobis detulit, in hac ipsa Urbe, sub fine anni 1752. impressum Typis fuisse exitum Tractatum de Episcopis Cardinalibus Suburbicariis, auctore Religioso Viro æque pio, ac in Theo-

ANNO 1753.

Amplissime designato Vicario facultates tribuuntur.

Cohortatio ad Apostolicos Vicarios.

Exemplum sum fides.

Dat. 26. Januarii 1753.

Quarum fuerit Episcopi la conferentia occurrerit.

ANNO 1753. Theologia Morali, & Canonica facultate versato; eoque in Opusculo fuisse affirmatum, licere Episcopis Suburbicariis in Sacellis suarum Aedium, quas Romae incolunt, subditos suos Clericali Tonfura, & Minoribus Ordinibus initiare, non requisito, aut obtento Fraternitatis Tuae opportuno assensu, seu necessaria licentia: Id autem tibi visum esse Officii tui iuribus detrahere. Quod quum Nobis etiam tunc visum fuerit, multo magis in sententia persistendum duximus, postquam perlecto memorati Opusculi cap. 13. quest. 12. ubi auditor quaestione hanc discutit, rem ipsam nobiscum consideravimus, atque perpendimus.

Confiterendo §. 1. Porro ad sententiam nostram inconcussa stabilitate firmamdam sufficeret id, quod ex Tabularii tui monumentis eruitur, nimirum Cardinales Suburbicarios, quoties in Sacellis suarum Aedium cuicumque ex propriis subditis primam Clericalem Tonfuram Minorisque Ordines conferre voluerunt, toties opportunam ad id licentiam a Cardinalibus Urbis Vicariis pro tempore existentibus quaesivisse & obtinuisse. Est enim in rebus & omnibus magna consuetudinis auctoritas; nec iure & recte plerumque agit, qui novitates inducit, aut inducendas suadet.

Tridentini §. 2. Verum rem ipsam penitus investigantibus, occurrit perspicuum Concilii Tridentini decretum sess. 6. cap. 5. de Reform. ubi haec leguntur. Nulli Episcopo liceat cuiusvis privilegii pretextu Pontificalia in alterius Diocesi exercere, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantum: inducta in Episcopum huic legi contrarietatem poena Suspensionis ab exercitio Pontificalium; in Ordinarium vero Suspensionis ad Ordinum susceptorum exercitio, ipso iure incurrenda.

Traditur §. 3. In quo animadvertenda est (quod per transennam dictum intelligatur) Sacri Concilii severitas; dum, ut Episcopo in aliena Diocesi commoranti liceat Pontificalia exercere, non solum expressam Ordinarii Loci licentiam obtinendam decernit, sed insuper verat, ne is Episcopus Pontificalia exerceat, praeterquam in subditos ejusdem loci Ordinarii: & in personas eidem Ordinario subiectas tantum.

Exemplique §. 4. Quare si Decreti Litterae strictius inhareas, ac proponatur exempli causa Episcopus Piacentinus Bononiae existens, possit hic quidem, accedente expressa licentia Archiepiscopi Bononiensis, Pontificalia exercere in Diocesanis Bononiensibus; sed minime ipsi liceret, quantumvis eodem assentiente Archiepiscopo, Pontificalia exercere in Mutinensium quempiam, qui Episcopi sui Dimissoriales Litteras munitus, Bononiam accessisset.

Mitior inter §. 5. Hoc autem procedere dictum est, si strictius sumantur relata superius Concilii verba: & in personas eidem Ordinario subiectas tantum. Non tamen ignoramus, Congregationem Cardinalium ejusdem Concilii interpretum censuisse, ac statuisse, Episcopum in aliena Diocesi commorantem posse non solum, cum Ordinarii localis licentia, in ipsius Ordinarii subditos Pontificalia exercere, sed etiam, eadem accedente licentia, in subditos aliorum Episcoporum, Dimissoriales Litteras sui Ordinarii asserentes.

Ejusdem Decretum §. 6. Extat Resolutio Congregationis anno 1573 edita, lib. 1. Decretorum pag. 85. a tergo, tenoris sequentis: Prosper Vitalianus Episcopus Bisanensis, requisitus ab Archiepiscopo Neapolitano, ut ejus nomine in illa Civitate Ordinationes habeat, & non solum eidem subditis, sed aliarum quoque Diocesum, si qui forte adveniant, de licentia sui Ordinarii expostulantes, Clericali charactere insigniri velit, ipse quidem cupit illius morem gerere voluntati, sed aliquantulum veretur, an id sibi tuto facere liceat, ex Capite ultimo Sessionis sextae de Reformatione. Sacra Sacrae. consuit, licere, si illi, qui aliarum Diocesum erant, habuerint Litteras Dimissorias a suis Ordinariis. Idque confirmatum invenitur altera resolutione edita die 25. Junii 1599. lib. 9. Decret. pag. 73. a tergo.

Perisset §. 7. Verum hujusmodi Tridentinae legis rigor, licet adductis Congregationis resolutionibus, & succursivi temporis vix nonnulli mollitus & temperatus, non posse ab iis indicari, quoniam Episcopo in aliena Diocesi existentis praescripta sit recta agendi ratio: ne scilicet inibi unquam Pontificalia exercere valeat, absque

Canonice; ed esseri in esso asserito, potere i Vescovi Pont. Suburbicari nelle Cappelle de' suoi Palazzi, ne quali abitano in Roma, conferire alli loro Sudditi la Tonfura, e gli Ordini Minori, senza aver chiesto, ed ottenuto da Lei il necessario assenso, o sia la necessaria licenza: e creder Ella ciò pregiudiziale al suo diritto. Ciò parve ancora a Noi, ed in questo nostro sentimento ci siamo confermati, dopo aver letto l'indicato Autore cap. 3. p. 12. ove tratta la controversia, e dopo avere anche considerata, ed esaminata la materia.

§. 1. Per istabilire quest' assunto, basterebbe il dire che per quanto si ricava dalla di Lei Segreteria, ogni volta, che i Cardinali Suburbicarij hanno voluto dare nella Tonfura ed i Minori a qualche loro Suddito nelle Cappelle de' loro Palazzi, hanno chiesta dal Cardinali Vicarij di Roma pro tempore, ed ottenuta da essi l'opportuna licenza, valendo molto in tutte le materie l'osservanza, ed avendo torto per lo piu chi innova, o consiglia ad innovare.

§. 2. Ma, entrando, come fuol dirsi, nelle viscere dell' affare, chiara è la disposizione del Concilio di Trento alla sess. 6. cap. 5. de Reform. ove così si legge. Nulli Episcopo liceat cuiusvis privilegii pretextu Pontificalia in alterius Diocesi exercere, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantum: imponendo ipso iure al Vescovo contraveniente la Sospensione dall' esercizio de' Pontificali; ed all' Ordinaro quella dall' esecuzioni degli Ordini.

§. 3. Notabile (è ciò s'intenda detto per transennam) è il rigore del Sacro Concilio; mentre ad effetto, che il Vescovo, che è nella Diocesi di un' altro, possa esercitare Pontificali, non solo richiede l' espressa licenza dell' Ordinario del luogo, ma di più non vuole, che possa esercitare i Pontificali, se non sopra le persone suddite dello stesso Ordinaro del luogo; & in personas eidem Ordinaro subiectas tantum.

§. 4. In tal maniera che, stando strettamente alla lettera, e ritrovandosi per esempio in Bologna il Vescovo di Piacenza, potrebbe bensì questi esercitare i Pontificali sopra i Bolognesi, essendovi l' espressa licenza dell' Arcivescovo di Bologna; ma non potrebbe, anche colla licenza dello stesso Arcivescovo, esercitare i Pontificali sopra un Modenese venuto a Bologna colle Dimissorie del proprio Vescovo.

§. 5. Si è detto, che così dovrebbe essere, stando alla lettera del Concilio: & in personas eidem Ordinaro subiectas tantum. Sapendo però ancor Noi, aver creduto, e stabilito la Congregazione del Concilio, interprete dello stesso, potere il Vescovo, che è nella Diocesi di un' altro, colla di lui espressa licenza, non solo esercitare i Pontificali sopra i Sudditi del detto Vescovo, ma anche colla stessa licenza, sopra i Sudditi degli altri Vescovi, venuti colle Lettere Dimissorie de' loro Ordinarij.

§. 6. Ecco la risoluzione del 1753. nel lib. 1. de Decreti pag. 85. a tergo: Prosper Vitalianus Episcopus Bisanensis, requisitus ab Archiepiscopo Neapolitano, ut ejus nomine in illa Civitate Ordinationes habeat, & non solum eidem Subditis, sed aliarum quoque Diocesum, si qui forte adveniant, de licentia sui Ordinarii expostulantes, Clericali charactere insigniri velit, ipse quidem cupit illius morem gerere voluntati, sed aliquantulum veretur, an id sibi tuto facere liceat, ex Capite ultimo Sessionis sextae de Reformatione. Sacra Sacrae. consuit, licere, si illi, qui aliarum Diocesum erant, habuerint Litteras Dimissorias a suis Ordinariis: il che anche ritroviamo confermato in una risoluzione de' 25. di Giugno 1599. lib. 9. Decretorum pag. 73. a tergo.

§. 7. Il rigore poc' anzi riferito del Concilio di Trento, ancorchè ammollito, e modificato dalle risoluzioni della Congregazione, e dalla pratica succedente, dimostra il favio contegno prescritto al Vescovo, che è nella Diocesi di un' altro, di non poter mai in essa esercitare i Pontificali senza l' espressa licenza dell'

PONT. A. XIII. dell' Ordinario del luogo, e per conseguenza ad evidenza comprova, non potere il Cardinal Vescovo Suburbicario, quando è in Roma, conferire la Tonfura e gli Ordini Minori nella propria Cappella, senza licenza del Cardinale Vicario di Roma.

§. 8. Tre cose sono necessarie per bene stabilire l' assunto. La prima, che il Cardinale Vescovo Suburbicario, stando in Roma, non sta nella sua Diocesi; e ciò sembra chiaro, essendo Roma nella Diocesi del Vescovo di Roma, e non avendo che fare una Diocesi coll' altra, come chiaramente si deduce dalla nostra Costituzione 115. §. 21. uti nostro Bullario al Tom. primo. La seconda, che il Cardinale Vicario sia l' Ordinario di Roma; nè di ciò può muoversi controversia, rappresentando la persona del Papa, non come Papa, ma come Vescovo di Roma, giusta ciò, che da Noi si è dimostrato nel nostro Trattato de Synodo Diocesana lib. 2. cap. 3. n. 1. & 2., e sarà forse ancora più ampiamente posto in chiaro nella ristampa, che, se l' lido ci darà vita e sanità, intendiamo di fare della predetta nostra Opera, con molte rilevanti aggiunte. La terza, che, conferendosi la Tonfura, e gli Ordini Minori, si esercitano i Pontificali; il che è innegabile, come molto bene avverte il Tesoro nel suo Trattato de Pœnis Ecclesiasticis part. 2. alla parola Episcopus cap. 4. num. 3., ove anche favamente riflette, venire, per l' effetto in cui si tratta, sotto il nome di Pontificali, oltre la collazione degli Ordini benchè Minori, anche la consecrazione de' Vasi delle Chiese delle Vergini, del Crisma; e l' amministrazione del Sacramento della Cresima, e la benedizione delle Vesti, e de' Corporali; colla sola differenza fra la collazione degli Ordini, e gli altri atti sopraddetti, che conferendosi dal Vescovo fuori della sua Diocesi gli Ordini senza la licenza dell' Ordinario del luogo, incorre, come si è detto, ipso iure la pena della sospensione, che non incorre esercitando gli atti sopraddetti, non essendovi legge, che l' imponga; ancorchè, così facendo, commetta peccato.

§. 9. Fra gli Atti Concistoriali del 1558. Noi ritroviamo, che nel Consistorio tenuto il giorno 13. di Novembre il Pontefice Paolo IV. unì al Sacro Collegio de' Cardinali l' Ufficio di Vicario di Roma; ed essendo reso più illustre il detto Ufficio per l' annessione predetta, non è maraviglia, se l' Ufficio sia di poi stato decorato con alcune particolari, ed illustri prerogative. Noi qui non intendiamo di riferirle tutte, dovendo bastare il fare parola di ciò, che riguarda la collazione degli Ordini, e specialmente in ordine ai Sudditi de' Vescovi Suburbicarij.

§. 10. Parlando della collazione degli Ordini in generale, il Pontefice Clemente VIII. pubblicò un Decreto, in cui stabilì, che i Forestieri, che abitavano in Roma, volendo ricevere gli Ordini, o Minori, o Sacri, ancorchè avessero avute le Dimissorie da' suoi Ordinarij per potere essere ordinati da qualsivoglia Vescovo, non se ne possano prevalere, nè ricevere gli Ordini fuori di Roma, se non sono prima stati esaminati, ed approvati dagli Esaminatori del Cardinale Vicario, ed abbiano ottenuta la licenza del detto Cardinale; e ciò sotto pena di Sospensione, a cui è annessa l' Irregolarità, se gli Ordinarij contro la forma del Decreto, avessero l' ardire di esercitare gli Ordini ricevuti. Il Decreto di detto Pontefice fu fatto alli 24. di Novembre 1603. e fu rinnovato dal Pontefice Alessandro VII. ai 15. di Maggio 1664. Ed essendosi poi eccitate alcune controversie sopra l' intelligenza del predetto Decreto, e specialmente, quali fossero i Chierici forestieri, che potevano dirsi commoranti in Roma, per esser compresi sotto l' Editto; e se sotto lo stesso Editto si dovessero intendere compresi quelli, che essendo stati qualche tempo in Roma, ne partono senza essere stati esaminati dagli Esaminatori del Cardinale Vicario, e vanno a ricevere gli Ordini dal proprio Ordinaro, o proprio per origine, o per domicilio, o per beneficio, o per servizio triennale: fu il tutto risoluto in una particolare Congregazione tenuta l' anno 1668. e le risoluzioni si possono vedere registrate nel Tom. 2. del diligentissimo Bullar. Rom. Beneditt. XIV. Tom. IV.

Ordinarij Loci expressa licentia: & consequenter ANNO aperte demonstrat, non posse Cardinalem Episcopum Suburbicarium, quum in Urbe est, in proprio Sacello Tonfuram, & Minores Ordines alicui imperituri, non obtenta ad id Cardinalis ejusdem Urbis Vicarii licentia.

§. 8. Quod ut firmiter statuatur, tria demonstrari oportet. Primum nempe, Cardinalem Episcopum Suburbicarium, dum in urbe moratur, in sua Diocesi non esse; quod satis perspicuum videtur, quum Romana Urbs ad Episcopum Romanum Diocesim pertinet, nec unam Diocesim cum alia confundi oporteat, veluti aperte evincitur ex nostra Constitutione 115. §. 21. Bullarii nostri Tom. 1. Alterum vero, Cardinalem Vicarium Romae Ordinarium esse; idque extra controversiam omnino est, quum ipse personam representet Pontificis, non qua Pontifex est, sed qua Episcopus Urbis Romae; iuxta id, quod a Nobis demonstratum fuit, in nostro Tractatu de Synodo Diocesana lib. 2. cap. 3. num. 1. & 2. & latius, fortasse explanabitur in nova ejusdem Operis editione, quam, Deo vitam & valetudinem Nobis largiente, pluribus atque proficuis additamentis auctam adornare constituimus. Tertium denique, in collatione Tonfuræ & Ordinum Minorum, Pontificalia exerceri; id quod inficiari nemo potest quemadmodum diligenter advertit Theaurus in suo Tractatu de Pœnis Ecclesiasticis part. 2. verbo Episcopus, cap. 4. num. 3. ubi recte observat, Pontificalium nomine, ad effectum, de quo nunc agimus, venire non modo quorumvis Ordinum, etiam Minorum collationem, sed etiam consecrationem Vasorum Ecclesie, ac Virginum, & Crismatis, necnon Sacramenti Confirmationis, ministracionem, ac inducementorum, & Corporalium benedictionem: hoc uno interjecto discrimine inter collationem Ordinum, & reliquos præmemoratos actus, quod Episcopus Ordines conferens extra propriam Diocesim absque Ordinarii Loci licentia, suspensionis poenam, ut supra dictum est, ipso iure incurrit; at reliquos recensitos actus exercendo, eidem poenæ nequaquam subicitur, quum lex non addit, quæ eam ferat; quamvis cæteroque præmissa agens, peccati reus fiat.

§. 9. Ex Actis Consistorialibus anni 1558. comperimus, Prædecessorum nostrum Paulum IV. in Consistorio habito die 18. Novembris, Officium Vicarii Urbis S. R. E. Cardinalium Collegio adnexum percurto de crevisse; qua ex re quum magna honoris accessio hujusmodi Officio facta fuerit, minime mirum videri debet, si idem munus subinde singularibus quibusdam, & insignioribus prærogativis decoratum fuit. Eas omnes hic recensere minime nobis propositum est; sed satis erit de iis sermone habere, quæ pertinent ad Ordinum collationem, specialiter vero quoad subditos Episcoporum Cardinalium, qui Suburbicarij appellantur.

§. 10. Quod spectat ad Ordinum collationem in genere, Clementis VIII. Pont. Max. Decretum editum quo statuit, omnes exteros in Urbe degentes, qui ad Sacros Ordines, sive Minores, sive Majores, promoveri cupiant, etiam si dimissorias Litteras a suis Ordinariis obtinuerint, quarum vigore a quocumque Episcopo ordinari possent, nihilominus neque his uti, neque Sacros Ordines extra Urbem suscipere possent, nisi antea examinati & approbati fuerint ab Examinatoribus Cardinalis Urbis Vicarii, hujusque licentiam obtinerint; idque sub pena Suspensionis, quam porro sequitur Irregularitas, si Ordinatus contra formam Decreti, in susceptis Ordinibus ministrare præsumpserit. Clementis Decretum editum fuit die 24. Novembris anni 1603. deindeque instauratum ab Alexandro VII. sub die 15. Maii 1664. Quum vero postmodum nonnullæ obortæ fuerint quaestiones super Decreti interpretatione, ac præcipue, quoniam conferri deberent Clerici exteri in Urbe commorantes sub ipsius Decreti censura comprehensi, & utrum eidem Decreto obnoxii dicendi essent ii, qui postquam in Urbe per aliquod temporis spatium morati fuerint, non examinati a Cardinali Vicarii Examinatoribus, abscedunt, ut Sacros Ordines suscipiant a proprio Ordinaro, quam scilicet propriam agnoscent, sive ratione originis, sive domicili, aut Beneficii, aut denique triennialis servitii: Hæc omnia opportunis Decretis definita fuerant in Congregatione particulari habita anno 1668. D 2 cujus

Confiterendo

Tridentini

Traditur

Exemplique

Mitior inter

Ejusdem Decretum

Perisset

Decreto del Concilio di Trento intorno all' esercizio de' Pontificali.

Senso letterale del Decreto.

Viene più benignamente interpretato dalla Congregazione del Concilio.

Risoluzione della stessa.

Resta però fermo che nell' altri Pontificali si possono esercitare senza l' espressa licenza dell' Ordinario del luogo.

Tria assumptiois firmissima fundamenta.

Paulus IV. Vicarium Urbis Cardinalium Collegio adnexum.

Decretum Clementis VIII. de Extoris ad Ordines quocumque.

Confirmatum ab Alex. VII. & notisque de ricti exteri in Urbe commorantes sub ipsius Decreti censura comprehensi, & utrum eidem Decreto obnoxii dicendi essent ii, qui postquam in Urbe per aliquod temporis spatium morati fuerint, non examinati a Cardinali Vicarii Examinatoribus, abscedunt, ut Sacros Ordines suscipiant a proprio Ordinaro, quam scilicet propriam agnoscent, sive ratione originis, sive domicili, aut Beneficii, aut denique triennialis servitii: Hæc omnia opportunis Decretis definita fuerant in Congregatione particulari habita anno 1668.

ANNO 1753.

Minorumque Ordinum, & locum simul, itaque personarum designat, quo in loco, & quas in personas Privilegiatus hujusmodi concessum sibi Privilegium valeat exercere. Nam si de Cardinalibus sermo sit, qui Tonfuram & Minores Ordines conferunt in suis Titulis, eorum jus deducitur ex Decretali in Cap. His que, de Majorit. & obed. de qua differit Episcopus Fonseca in suo Opere de Basilica Sancti Laurentii in Damaso lib. 2. cap. 9. cujus Decretalis auctoritate, si Sacerdotali characteri sint insigniti, putant se posse in sua Titulari Ecclesia Tonfuram & Ordines Minores personis ejusdem Ecclesie servitio addictis conferre; quemadmodum videtur est in Discreptione Cardinalis Alberti De Jurisdictione Cardinalium in suis Titulis num. 71. & seqq. Si autem de Abbatibus Regularibus agatur, eorum privilegium conferendi Tonfuram, & Minores Ordines suis subditis Regularibus in propriis Ecclesiis, desumitur ex Can. quoniam, dist. 69. ex Cap. cum contingat, de etate & qualitat. & Cap. statumimus, de suppl. neglig. & ex Cap. Abbat. de privilegiis in 6. dummodo sint Sacerdotes, & Benedictionis munus ab Episcopo acceperint; vel saltem Apostolico Privilegio muniti sint, ad hoc, ut quavis non benedicti, omnia prestare valeant, quae fieri possunt ab Abbatibus rite benedictis; ut olim Nos ipsi ostendimus in quibusdam adnotationibus per nos exaratis, dum in minoribus existentibus munus Secretarii Congregationis Concilii gerebamus, quae impressae habentur in Tomo III. Thesauri Resolutionum pag. 23. & seq. Praeclarum quoque suppedit exemplum Cardinalis Archiepiscopi Basilicae S. Petri in Vaticano, qui, si Episcopali characteri praeditus sit, per se ipse, in dicta Basilica, Minores, Majoresque Ordines confert Canonici, Beneficiatis, aliisque ejusdem Basilicae servitio addictis, praedicto autem characteri se caret, aliam aliquem Episcopum advocat, qui praefatos Ordines in ipsa Basilica confert; idque in vim Apostolorum Privilegiorum, quae legi possunt Tom. III. Bullarii ejusdem Basilicae nuper impressi pagin. 340. Non sunt haec fictiones juris, sed Privilegia, certis, atque stabilibus fundamentis innixa. Quare si collatione Ordinum Minorum, quam Cardinales in suis Titulis, Abbatibus, aliisque peragunt, argumentum duci velit ad asserendum jus adferendum Cardinalibus Episcopis Suburbicariis, necesse est aut Privilegium ostendere, quod ipsum Episcopis Suburbicariis indulgeatur, aut titulum saltem Privilegii aequipollentem proferre. Quum autem alia non extet Apostolica Constitutio circa Cardinales Episcopos Suburbicarios, praeter sepe dictam Alexandri VII. quae Cardinali Urbis Vicario referat jus conferendi Minores Majoresque Ordines eorum subditis; cumque haecenus idem Cardinales Episcopi neminem ad Ordines etiam Minores in Urbe promovere consueverint, absque expressa Cardinalis Vicarii licentia; nihil praeterea desiderandum videtur, ad hoc ut auctoris assumptum omni fundamento destitutum dicatur.

§. 17. Et quidem ne illius sententiae quisquam adhaereat, multoque magis ne quis eandem in praxim deducat, satis esse debet illius insubstantiam ostendisse: verum nec illa quoque spernenda est ratio, quod scilicet, admissa etiam speculative contra rei veritatem illius insubstantia, nihilominus in illius praxi plurimum inest periculi. Quamvis enim auctor Tonfuram tantummodo, Minoresque Ordines, sententia sua complectatur, periculis tamen apertisque ab his ad Majores Ordines transitus esset. Nec praeripuit accurati Auctoris prudentiam futurum hujusmodi absurdum; sed satis eidem occurrere se reputavit, dum est, posse quidem ab Episcopo Suburbicario in privato sacello conferri primam Tonfuram, & Minores Ordines; nequaquam vero Majores; propterea quod Tridentinum Concilium sess. 23. cap. 8. de reformat. decreverit, ut Ordinationes ad Majores Ordines, si quidem in Civitate sicut in Cathedrali Ecclesia, assistentibus Canonici, celebrentur; si autem illas in Diocesi haberi contingat, insignior Ecclesia seligatur in qua praesente Clero loci, peragantur.

§. 18. Et haec quidem recte: At si sancta Synodus de Ordinationibus Generalibus loquitur, uti expendunt Fagnanus in Cap. In Ordinando, num. 4. de Simonia, Monacellus in Formulario Tom. 1. tit. 3. for.

Reverentur abfura ex nova opinione facile proluentia.

Idem facta non occurrunt per Auctorem.

il luogo, e le persone, in cui, ed a cui il privilegio, esercita il privilegio di conferire la prima Tonfura, e negli Ordini Minori. Parlando de' Cardinali ne loro Titoli, deriva la loro giurisdizione dalla Decretal nel Cap. His que, de majorit. & obed. di cui discorre Monsignor Fonseca nel suo Trattato de Basilica Sancti Laurentii in Damaso lib. 2. cap. 9. in vigore della quale, essendo Sacerdoti, pretendono di potere conferire nella loro Chiesa Titolare la Tonfura; ed i Minori agli addetti al servizio di essa, come può vedersi nella Dissertazione del Cardinale Albizi sopra la giurisdizione de' Cardinali ne' loro Titoli n. 71. e seg. Parlando degli Abbat Regulari, il loro privilegio di conferire la Tonfura, e gli Ordini Minori a i loro sudditi Regulari nelle proprie Chiese, deriva dal Can. Quoniam dist. 69. dal Cap. Cum contingat, de etate & qualitate, dal Cap. Statuimus, de supplenda negligentia, dal cap. Abbat. de privilegiis in 6. purchè sieno Sacerdoti, e sieno stati benedetti dal Vescovo, o abbiano almeno il privilegio Apostolico di potere, benchè non benedetti, fare tutto ciò, che possono fare gli Abbat benedetti; come da noi fu dimostrato in alcune nostre Annotazioni fatte, quando in minoribus eravamo Segretario della Congregazione del Concilio, e che sono stampate nel Tom. 3. del Tesoro delle risoluzioni pag. 23. e seg. Ilustre pure è l'esempio del Cardinale Arciprete della Basilica Vaticana, che avendo il Carattere Episcopale, a dirittura conferisce gli Ordini Minori, e Maggiori, nella Basilica, a i Canonici, Beneficiati, ed altri addetti al servizio d'essa, e non avendo il Carattere Vescovile, chiama chi l'ha, a fare la collazione degli Ordini predetti nella Basilica, e ciò in sequela degli Apostolici Privilegi, che possono vedersi nel Tom. 3. nel nuovo Bolario della detta Basilica alla pag. 340. Non sono questi monumenti fittizii, ma sono fondamenti reali, e sussistenti: e se, per giustificare l'asserito diritto de' Cardinali Vescovi Suburbicarij, si vuole ricavare conseguenza dalla collazione degli Ordini Minori, che si fa dai Cardinali ne' loro Titoli, dagli Abbat, o da altri, è d'uopo, che o si esibisca il privilegio, che concede a i Vescovi Suburbicarij lo stesso, o almeno si produca qualche titolo equipollente, e non essendovi altra Apostolica Costituzione risguardante i Cardinali Vescovi Suburbicarij, che la più volte nominata di Alessandro VII. che riserva al Cardinale Vicario di Roma la collazione degli Ordini Minori, e Maggiori, da farsi ai Sudditi dei predetti, e non avendo infino ad ora essi fatta la collazione anche de' Minori senza l'espresa licenza del Cardinale Vicario, nulla di più vi vuole per qualificare l'asserito pur insufficiente.

§. 17. Per non abbracciare, e molto più per non eseguire il parere del nostro Autore, dovrebbe bastare l'aver detto, che non ha sussistenza; ma non è dispregevole anche il motivo, che quando per impossibile l'opinione fosse speculativamente sussistente, in pratica sarebbe sempre pericolosa. L'Autore la restringe alla sola Tonfura, ed Ordini Minori, ma degli Ordini Minori sarebbe assai facile, ed aperto l'adito agli Ordini Maggiori. L'accurato Autore non ha mancato di prevedere l'inconveniente, ed ha preteso di scannarlo, col dire; poterli bensì nella Cappella privata conferire dal Vescovo Suburbicario la prima Tonfura, e gli Ordini Minori, ma non mai i Maggiori, avendo il Sac. Concilio di Trento alla sess. 23. cap. 8. de reformat. stabilito, che le Ordinationi agli Ordini Maggiori, facendosi nella Città, si facciano nella Cattedrale, assistendovi i Canonici, e facendovi nella Diocesi, si facciano nella Chiesa più insigne, alla presenza del Clero.

§. 18. Tutto va bene: Ma, se il Sacro Concilio parla delle Ordinationi generali, come molto bene si riflettono il Fagnanus nel cap. In Ordinando n. 45. poste dall'Autore. de Simonia, il Monacello in Formulario tom. 1. tit. 3. for.

PONT. A. XIII.

ANNO 1753.

3. formula 1. num. 3. se poi per un' epicheja universalmente ricevuta non è proibito al Vescovo, concorrevi una causa legittima, di poter fare qualche Ordinatione particolare agli Ordini Maggiori nella sua Cappella privata dell' Episcopo; e chi sarà, che possa negare al Cardinale Vescovo Suburbicario, ammesso a conferire la Tonfura, ed i Minori al suo Suddito, senza la previa licenza del Cardinal Vicario di Roma, nella Cappella del suo Palazzo, il fare nella stessa Cappella qualche Ordinatione particolare agli Ordini Maggiori, godendo le Cappelle de' Cardinali quelle stesse per lo meno prerogative, che godono quelle de' Vescovi, come molto bene ha dimostrato il Cardinal Brancacci nell'altra sua Dissertazione de Cappellis Cardinalitibus.

§. 19. Ammette l'Autore nella citata questione 12. alla pag. 50. la forza dell'argomento confessando liberamente, che in quei casi, ne quali può il Vescovo dar gli Ordini Maggiori nella Cappella dell' Episcopo, il potrà dare ancora il Cardinal Vescovo Suburbicario nella sua Cappella; etiam hi Cardinales idem possent.

§. 20. Ma questo, per vero dire, è un poco troppo; perchè non essendo grande il numero de' Promovendi agli Ordini Maggiori ne' Vescovadi Suburbicarij, gli Ordinandi agli Ordini Maggiori potrebbero, a poco a poco ed uno per volta, venire a Roma; ed in questo caso l'Ordinatione, benchè particolare, e ristretta, darebbe un tracollo all'autorità Ordinaria del Cardinale Vicario di Roma; Nulla giovando il replicare, che per fare l'Ordinatione anche particolare agli Ordini Maggiori nella Cappella, e non nella Chiesa, è d'uopo, che vi concorra una legittima causa; imperocchè, ridotto l'affare a questo punto, l'affare si può dire perduto, non essendo per mancare, che sempre suggerirà, esser causa legittima il non rimandar indietro chi ha fatto un viaggio di molte miglia, e forse anche a piedi, per esser ordinato dal proprio Vescovo, senz'aver potuto adempire il suo disegno, e ciò senza sua colpa, e demerito. Non qui in Foro, litibusque trivimus etatem, multum maluit, quamvis noluerimus, didicimus, ci foviend'aver, tant'anni sono, lette queste parole in Plinio.

§. 21. Ed ecco, o Venerabile Nostro Fratello, quanto fra le molte occupazioni, che ci opprimono, abbiamo potuto raccogliere, non già pel piacere d'impugnare un Autore di molto merito, e di molto sapere, e che tanto utilmente ha faticato, e fatica nelle materie pratiche, ed Ecclesiastiche; ma acciò, col suo credito, non prendesse piede un'opinione, rigorosamente contraria al Concilio di Trento, alla Costituzione Alessandrina, all'osservanza finora usata, e che recherebbe pregiudizio alla vostra autorità Ordinaria, che da Noi deve esser propugnata, e difesa. Conservi Ella dunque, come le ordiniamo, questa Nostra Lettera negli Atti della Sua Segreteria, acciò serva di regola a Lei, ed a' suoi Successori.

§. 22. Terminiamo questa Nostra Lettera ormai troppo lunga, con avvertirla, che il detto in essa ha luogo rispetto agli Ordini Minori, e Maggiori, ma non quando si trattasse della sola, e semplice Tonfura; nel qual caso i Nostri stessi Autori di sopra citati, il Rigante, il Cardinal Petra; l'Honorante, concordano, in sequela anche di alcune Risoluzioni della Congregazione del Concilio, poterli essa sola conferire a dirittura dai Cardinali Vescovi Suburbicarij ai loro sudditi nella Cappella del loro Palazzo; per la ragione, che la Costituzione Alessandrina parla degli Ordini Minori, e Maggiori; ed è anche vigente la controversia, se la prima Tonfura sia, o non sia Ordine. E con pienezza di cuore abbracciandola, le diamo l'Apostolica Benedizione.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem die 15. Februarii 1753. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

3. formul. 1. num. 3. Si praeterea, ex mitiori interpretatione apud omnes recepta, non prohibetur Episcopus, quin justa aliqua suadente causa, possit aliquos privatum in Episcopii Sacello Majoribus Ordinibus initiare; quis poterit Cardinali Episcopo Suburbicario, post asseritam ipsi facultatem conferendi suis subditis Tonfuram, atque Minores Ordines in Aedibus suarum Cappella, in conspectu Cardinali Urbis Vicario, alterum illud jus denegare, celebrandi nimirum in eadem Capella particularem aliquam Ordinationem ad Ordines Sacros; quum praesertim Cardinalium Cappellae istem, ut minimum, prerogativis gaudeant, quibus fruuntur domestica Episcoporum Sacella; uti late demonstravit Cardinalis Brancaccius in altera ex suis Dissertationibus De Cappellis Cardinalitibus.

§. 19. Argumenti vim agnoscit Auctor cit. quest. 12. pag. 50. aperteque fatetur, quibus in casibus Episcopo licet in sui Episcopii Cappella Majores Ordines alicui conferre, licitum similiter fore Cardinali Episcopo Suburbicario idipsum in sua Cappella peragere: etiam hi Cardinales idem possent.

§. 20. Id autem, ut vere loquamur, nimis ultra recti fines progreditur. Quum enim in Episcopatibus Suburbicariis haud ita magnus sit numerus promovendorum ad Ordines Majores, possent fingi, qui his initiandi sunt, identidem se ad Urbem conferre, atque ita, per hujusmodi particulares paucorum Ordinationes, auctoritas ordinaria Cardinalis Urbis Vicarii penitus concuteretur. Neque proderit replicandum subjungere, quod ut liceat Ordinationem etiam particularem ad Ordines Majores extra publicam Ecclesiam in privato Sacello peragere, necesse est, justam & legitimam causam adesse: huc enim redacta negotii difficultate, conclamatum de eo dici potest. Neque enim deerit, qui continuo suadeat, satis justam adesse, causam, ne is, qui plurimum miliarium iter, & quidem pedibus fortassis conficit, ut Ordinationis munus a proprio Episcopo susciperet, sua spe frustratus, nulla sua culpa aut demerito, ad propria reverti cogatur. Nos, qui in Foro litibusque trivimus etatem, multum maluit, quamvis noluerimus, didicimus: Hæc Nos verba apud Plinium multis ab hinc annis legisse meminimus.

§. 21. Atque hæc sunt, Venerabilis Frater Noster, quae inter plurimas, quibus obruimus, curas, colligere potuimus; non quidem ex ingenii libidine, ut auctorem oppugnaremus magnae existimationis, atque doctrinae, & adeo utiliter, in tradenda rerum Ecclesiasticarum praxi a pluribus annis adlaborarum; sed ne ejusdem auctoritate suffulta invalesceret opinio, quae ad severiorem trutinam revocata, contraria inventur Concilio Tridentino, Constitutioni Alexandrinae, & consuetudini ad hunc diem retentae; quæque Ordinariam labefactaret auctoritatem tuam, quam Nos, propugnare, ac tueri debemus. Hanc itaque Epistolam nostram a Fraternitate Tua in Tribunalis istius Tabularium illatam servari volumus, ut tibi, tuisque successoribus in promptu sit agendi normam ex ea desumere.

§. 22. Eidem vero Epistolae jam forte nimis in longum potrahe finem imponentes, monendum te censuimus, quae haecenus dicta sunt, locum sibi vindicare, quum agitur de Ordinibus Minoribus atque Majoribus; secus vero, ubi res esset de sola Clericali Tonfura: quo casu iidem ipsi auctores nostri superius citati, Rigantius, Cardinalis Petra, & Honorantes, allegatis etiam nonnullis Resolutionibus Congregationis Concilii, in eo consentiunt, ut liceat Cardinalibus Episcopis Suburbicariis, per se ipsos eam solum suis subditis in proprii Palatii Cappella conferre; ex ea nimirum ratione, quod Alexandrina Constitutio de Ordinibus Minoribus, atque Majoribus discrete caveat; quaestio autem est non adhuc definita, utrum prima Clericalis Tonfura sit Ordo, nec ne. Denique Fraternitati tuae, quam pleno cordis affectu complectimur, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem die 15. Februarii 1753. Pontificatus Nostri Anno decimo tertio.

Anzi confessa anche egli poterli da Cardinali Vescovi darli gli Ordini maggiori nella detta Cappella.

Dalla quale opinione essi non crebbero gravi inconvenienti.

Conclusione della Lettera.

Si ordin, che sia custodita, come sicca norma per regolarsi in appello.

Si ammette ne' Cardinali suddetti la facoltà di dare la prima Tonfura solamente.

Data della Lettera 15. Febbraii 1753.

Immo fatetur vel Majores Ordines in Urbis Sacello posse a Cardinali Suburbicario conferri.

Quid exiende conferretur in incommodi demonstratur.

Conclusio Epistolae.

Epistola istius futurorum eventuum normam penes acta custodiri jubetur.

Suburbicariarum Epistolam futurorum eventuum normam penes acta custodiri jubetur.

Die 15. Februarii 1753.

ANNO 1753.

BEATIFICATIO

Ven. Servi Dei JOSEPHI A CUPERTINO Sacerdotis Professi Ordinis Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

TERNUS DEI FILIUS, est ante Mundi originem, Patri coequalis, aequae semper regnavit, in plenitudine tamen temporum ideo apparuit patefactus in carne, ut juxta Prophetarum vaticinia, collapsa reedificando, & diruta instaurando, Regnum suum in ultimos usque Terrae fines contra antiqui hostis tyrannidem erigeret, & stabiliret. Quicumque igitur in hoc Regno, quod ex omnibus Linguis, & Populis colligendum erat, tamquam Cives adscribi satagant, illud violenter expugnare, & assequi debent; cum hoc perpetuum edictum, & in omnem vitam ipsis promulgatum voluerit Christus Dominus, quod ignem venerit mittere in Terram, & quod nihil aliud peteret, nisi ut accenderetur, & arderet. Hoc solo Coelesti igne mentes hominum undequaque instaurantur, cum ardore Spiritus Sancti afflatae & succensae, terrenis cupiditatibus compressis atque devictis, in Dei amorem rapiuntur, atque in similitudinem, imaginemque ejus conformantur.

Commemorantur virtutes Beati Viri.

1. Divinae hujus potentiae locupletissimum Testem habemus in Venerabili Servo Dei JOSEPHO A CUPERTINO Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum Sacerdote professo, qui, cum in hoc Christi Regno ejus servituti se devoverit, veterem exiit hominem, & novum induit, & Ducem, & Antesignanum Franciscum; per altissimam paupertatem, per omnimodam suis abnegationem, per orationis instantiam, per Crucis meditationem, per ardua silentia, & per longas inediae imitari contendit. Verum cum penitus intellexisset, quod etiam si tradidisset corpus suum, ita ut arderet, nihil illi prodesset, nisi charitatem habuisset; hinc factum est, ut in hoc primo, maximo Deum diligendi mandato, cogitationes omnes, omnesque vires enixe conferret. Ex hac intima cum Deo unione adeo cor ejus Divinae charitatis igne corripiebatur, & incredibili interna dulcedinis amore totum deflagravit, ut in ecstasibus, & raptus aliquando erumperet; & cum Incola teneretur in Terra, prae vehementissimo Dei sui desiderio, tamquam domesticius haberetur in Coelis. Quapropter ejus nomen omnium sermone celebrari cepit, quod nec inaccessa loca, nec secretiora cubicula, in quibus quandoque moram haberetur, fel. rec. Clemens PP. XII. Praedecessor Noster decimo octavo Kalendas Septembris anni MDCCXXXV. in gradu heroico constituit eas esse pronuntiavit. Porro coram Nobis ad universalis Ecclesiae regimen Divina miseratione vocatis, cum de Miraculis disceptaretur, non absque supremo consilio factum esse censuimus, ut ea ipsa die, videlicet die decima nona elapsi Septembris, Generalis Congregatio super hac re coram Nobis coereretur, qua Venerabilis Dei Servus sexagenario major, meritis cumularum, mortalitatem explevit in Terris, & immortalitatem inchoavit in Coelis. Duo ex Miraculis, quae discutienda proponebantur, Consulorum suffragiis, & Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. praefatae Cardinalium sententiarum consentientibus, probanda esse censuimus; & Decretum super eisdem Nostrium proferre, & promulgare volumus ad Sancto Franciscum de Assisio sacra, postquam ad ejus Aram revoluti in Basilica SS. XII. Apostolorum de Urbe, Om-

Approbitio Virtutum in gradu heroico.

Item Miraculorum.

nipotenti Deo Hostiam placationis obtulimus; quam diem cum in finem delegimus, ut Sanctitatem in hac Franciscana Familia a Seraphico Parente suo inventam, uberrimo Ecclesiae proventu, in ejus Alumnis in dies adulescere, novis atque mirificis argumentis constaret.

3. Quapropter precibus tandem Regum, Episcoporum, aliorumque Principum, necnon dilectorum Fratrum Fratrum Minorum Conventualium Paterna clementia annuentes, de ejusdem Cardinalium Congregationis consilio, & assensu, auctoritate Apostolica, tenore praesentium indulgemus, ut idem Dei Servus JOSEPH A CUPERTINO in posterum BEATI nomine nuncupetur: ejusdem Corpus, & Reliquiae Venerationi Fidelium (non tamen in Processionibus circumferendae) exponantur; Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur; ac de eo quotannis die decima octava Septembris, quam diem pro ejus Felicitate celebranda praefiximus, sub ritu duplici minori, recitetur Officium, & Missa de Communi Confessoris non Pontificis, cum Oratione a Nobis approbata, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani; Recitationem autem Officii, & Missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus tum in proprio Minorum S. Francisci Conventualium Ordine, in quo solemniter emissa Professione usque ad obitum permansit; tum in Ordine Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci Cappucinatorum (inter quos per aliquot annos commoratus est); ac de Observantia, Reformatorem, Recolletorum, & Excalceatorum, ac Tertii Ordinis nuncupatorum; tum in Oppido Cupertini, in quo Vir Dei in lucem prodivit, ac in tota Dioecesi Neritonensi; in Nostri etiam Civitatibus Assisi, illiusque Dioecesis Feretranae, Forosempronii, & illius Dioecesis, quae loca suo incolatu, ac virtutibus illustravit; cum denique in tota Dioecesi, & Civitate Auximana, in qua ipse obdormivit in Domino; tum apud Archiconfraternitatem sub invocatione S. Antonii Patavini in eadem Basilica SS. XII. Apostolorum de Urbe, & Confraternitatem S. Stephani in Civitate Assisina canonice erectas, in quas cooptatus fuit; ab universis Christianis tam Regularibus, quam Saecularibus; qui ad Horas Canonicas tenentur, & quoad Missas attinet, etiam ab omnibus Sacerdotibus in Ecclesiis, in quibus Festum peragitur, consensibus. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hinc Literis, in Ecclesiis Fratrum Minorum Conventualium, ceterarumque Franciscanarum Familiarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Dioecesium Archiconfraternitatis, & Confraternitatis hujusmodi, solemniter Beatificationis ipsius Servi Dei cum Officio sub ritu duplici majori, & Missa, die ab Ordinariis respective constituta, postquam in Basilica Nostra S. Petri in Vaticano peracta fuerint Solemnia, nempe die vigesima quarta currentis Mensis, celebrandi facimus potestatem.

4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis de non cultu &c. editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem praesentium Litterarum transcriptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii dictae Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Praefati ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique locorum, tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel offensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XX. Februarii MDCCCLIII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

D. Card. Passioneus.

CON-

PONT. A. XIII.

CONFIRMATIO.

Et innovatio Privilegiorum, Gratiarum, & Jurium, Militaris & Hospitalis Ordinis SANCTI JOANNIS JEROSOLYMITANI: Cum aliquibus declarationibus, & ampliacionibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

INTER illustra Religiosae Professionis Instituta, quorum concordia varietate circumdata nihiel Ecclesia Christi, decet Nos Hospitalium Militiam Sancti Joannis Jerosolymitani specialis benevolentiae affectu complecti, quae in charitate fundata, virtute roborata, sub Omnipotentis Dei protectione, adjuvantibus Praedecessoribus Nostri Romanis Pontificibus, ac Religiosis Principibus, cunctisque Populis Christianis omni ope adnitentibus ad summum splendoris & gloriae fastigium pervenit; dum generosi illius Fratres, & Milites, animo ad pietatis officia demisso, ad belli munera invito, Christianis humile hospitalitatis ministerium, ac strenuum defensionis praesidium pari studio praestantes, novo & inaudito exemplo, miram declarant vim Religionis Christianae; quae pietatem armis faciat, bellum cum charitate conjungit, ac viros exhibet castra sequentes, Evangelicae perfectionis disciplinam, pro militari Sacramento, solemniter rite professentes. Horum operam universae Christianorum Reipublicae, & Apostolicae Sedi apprime utilem cum saepe iisdem Praedecessores Nostri agnovissent, tum etiam Nos ipsi non una in re experti sumus; adjectis insuper ex parte Dilectorum Fratrum ejusdem Militiae Magni Magistri, & Conventus, perspicuis in nos obsequiis & observantiae argumentis, ac recurrentibus mutuis erga illos amoris Nostri officiis & significationibus. Cum autem ipsi de perpetua firmitate Privilegiorum & Indulgentiarum jam pridem ab hac eadem Apostolica Sede, ac etiam recenter a Nobis ipsis, eidem Militiae concessorum, tam pro eorum Ordinis dignitate & utilitate, quam pro felici & libero inductorum sibi munerum exercitio, in commune Christianae Rei bonum, merito solliciti, plurimum optaverint, eadem per Nos recognita & recensita, novo confirmationis Nostrae munimine roborari, ac sicuti opus fuerit, declarari & ampliari; Nos eorumdem supplicationibus inclinati, plerisque Praedecessorum Nostrorum Litteras & Concessiones, favore Hospitalis ejusdem Sancti Joannis Jerosolymitani, atque illius Militiae & Personarum, diversis temporibus emanatas, Nobis representari iussimus; ac diligenti praemisso examine, easdem partim in genere, partim distincte & expresse, sub ea forma, quam praesenti temporum conditioni, & ejusdem Ordinis ac Militiae statui, magis aptam judicavimus, confirmare, innovare, seu respective declarare, & ampliari, ac etiam ex integro, ut infra, statuere & indulgere decrevimus.

Præmissis omnium examine voce dicti Ordinis assensu.

Præmissis omnium examine voce dicti Ordinis assensu.

1. Itaque de Apostolica auctoritatis plenitudine, & ex Nostra certa scientia, eosdem Dilectos Filios praedictae Hospitalis Militiae Magnum Magistrum, nec non Bajulivos, Priores, Castellanos Empostae, Praeceptores, Milites, Fratres, Cappellanos, Donatos, & Servitores, omnesque & singulas dicti Hospitalis & Militiae personas, a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliusque Ecclesiasticis sententiarum, censurarum, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventur, & absolutos fore censentes; nec non omnium Litterarum, Concessionum, atque Declarationum per Bullar. Rom. Benedic. XIV. Tom. IV.

quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores Nostros, & Sedem Apostolicam, seu alia quaecumque auctoritate, favore ejusdem Hospitalis, ac Militiae, eorumque Magni Magistri, & Conventus, ac personarum hujusmodi, nec non Locorum, bonorum, ac rerum, sub quacumque forma editarum, tenores & datas praesentibus pro sufficienter expressis, ac etiam inferitis habentes; Omnia & singula Privilegia, Immunitates, Exemptiones, Prerogativas, & alias quascumque gratias, concessionis facultates, favores, & indulta, terram, mareque concernentia, eidem Hospitali, & illius Militiae, Prioratibus, Castellanae Empostae, Bajulivis, Praeceptoribus, Domibus, Hospitalibus, Administrationibus, Officiis, Ecclesiis, Cappellis, Oratoriis, Locis, & Membris quibuslibet, ac pro tempore existentibus Magno Magistro, & Conventui, dictaque Militiae Fratrum Militibus, Professis, atque Novitiis, nec non Priori Ecclesiae, Cappellani, Donatis Servitoribus, Vassallis, atque Colonis, ac dictos Prioratus, Castellaniae, Bajulivias, Praeceptorias, Domos, Administrationes, Officia, Ecclesias, Cappellas, & Membra praefata obtinentibus, per eosdem Praedecessores Nostros Romanos Pontifices, ac dictam Sedem, seu per Nos ipsos, usque in praesentem diem, in genere, vel in specie concessa & elargita, seu per eosdem a pro tempore existentibus Imperatore, Regibus, & Principibus, aliisque Christianis obtenta, quatenus sint in usu, nec sint expresse revocata, aut Concilii Tridentini Decretis, & dictae Sedis Apostolicae Constitutionibus, nec non aliis Ordinationibus, in quibus de eadem Militia Hospitali expressa mentio fiat, seu praesentium Litterarum Nostrorum tenore adversantia; Indulgentias quoque, & peccatorum remissiones, aliasque spirituales gratias, hactenus eis per dictos Praedecessores Nostros, seu per Nos ipsos, concessas; praesertim Plenariam semel in vita, & in mortis articulo; pro eis eorumque Servitoribus, & Ministris, contra infideles & Christianae Reipublicae hostes pugnantibus, a fel. rec. Praedecessore Nostro Sixto Papa IV. aliasque Indulgentias pro visitantibus Domos, Ecclesias, seu Cappellas ipsius Hospitalis, ab eadem Sede Apostolica diversis temporibus elargitas, servatis tamen eorumdem concessionum temporibus, conditionibus, & formis, ac dummodo non sint revocatae, seu sub aliqua generali revocatione comprehensa; Praeterea fundos, agros, possessiones, domania, praedia, jura, decimas, fructus, redditus, proventus, aliaque mobilia, & immobilia bona, sive in terra, sive in mari existentia, & ad Hospitalia, Prioratus, Castellaniae, Bajulivias, Praeceptorias, aliaque membra hujusmodi in genere, vel in specie spectantia; Jurisdictiones quoque, etiam spirituales Ordinariae & quasi Episcopales in Clerum & Populum, si quibus in Terris, Locis, atque Districtibus eadem ipsi competere dignoscitur: Insuper omnia & singula laudabilia stabilimenta, ordinationes, & decreta, in Capitulis Generalibus ejusdem Militiae, tam ante annos, usque in praesens celebratis, condita & edita, quae scilicet in usu esse dignoscuntur, ac in iis tantum partibus, in quibus praedicti Concilii Tridentini, ejusdemque Sedis Constitutionibus, & Ordinationibus, & praesentium Litterarum tenore, contraria non sint, illorum omnium tenores praesentibus praesertim pro expressis, ac de verbo ad verbum inferitis habentes; nec non sententias, censuras, & poenas in ipsis adversus contravenientes indictas; Earundem praesentium serie approbamus, laudamus, ratificamus, confirmamus, ac etiam de novo concedimus, ac respective statuimus; omnesque & singulos defectus, si qui forte in eis intervenerint, dictae auctoritatis Nostrae plenitudine supplentes, praedicta omnia & singula valida & efficacia existere & fore, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, in quosque debitos effectus fortiri, ac pro tempore existentibus Magno Magistro, Bajulivis, Prioribus, Castellano, Praeceptoribus, Commendatariis, Militibus, Priori, Cappellanis, Donatis, Servitoribus, Vassallis, atque Colonis praedictis plenissime suffragari.

Confirmatio generalis omnium privilegiorum &c.

Item Indulgentiarum.

Ac honorum &c. rerum in ad dictum Ordinem pertinetiam, ac etiam jurisdictionem.

Stabilimenta.